Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



diant. Respon[illegible]entius: Nos gandemus, et exsultamus in [illegible]
no nostro Jesu Christo. At illa iracundia plenus, jussit, ut flammæ ad la
tera eorum applicarentur. Stantem voce clara dixerunt: Gloria tibi Domi
ne, quia nos visitas. Unus autem de carnificibus vidit oculis suis
stantem juvenem cum spongia, et tergentem latera eorum; et capitula
mare voce clara: Vere Deus est Christus, quem ü prediant: ego vero vi
deo angelum stantem, et lavare eos. Respondit Vitellius cum clamore di
cens: O seductores! o magica ars! qui seduxerunt hominem cla
rissimum, approbatum republica. Eadem hora carnifex, nomine Anto
nius credidit: qui tamen oculte fugit ad sanctum Rufinum presbyterum. Que
suscipiens beatus Rufinus baptizavit eum in nomine Patris et Filii et Spiri
tus sancti. Tunc Vitellius deposuit eos de equuleo, et dixit ad eos: Quare er
de lis estis vobis ipsis, et non deponitis insanias falsas, et adoratis deos
cum sacrificiis? et vivetis. Respondit Vincentius: Miser, tu crudelis es, qui
tibi non parcis: quia derelinquis Deum cæli et terra, et quaris mortem
perpetuam. Vitellius dixit: Ego quaro mortem perpetuam, an vos, qui ha
tormenta patimini? Eusebius dixit: Nos in gloria constituti sumus, tu
vero in condemnatione cum principe tuo diabolo, cum quo perituruses in
gehenna æterna. Iratus Vitellius jussit Eusebio linguam præcidi. Et ejecta
lingua ex ore ejus, ecce, currens Antonius clamabat: Miser Vitelli, quid fa
cis hominibus sanctis? Clamabat et Eusebius sine lingua, voce clara: Glo
ria tibi Domine Jesu Christe, qui dignatus es me cum servis tuis ad glori
pervenire. Quidam Christianus, nomine Faustus, collegit linguam beati Euse
bii, et misit in tuniam suam in sinu suo, et fugit. Antonium autem jussit
Vitellius capitis subire sententiam: quidductus, in via Aurelia decollatus est
undecimo Calendas Septembris.

Eusebius, Vincentius, Peregrinus et Portianus in carcerem reclusi; cæpe
runt omni die ac nocte in hymnis Deo gratias agere: ad quos veniebat
multi Christiani, et confortabantur a eis. Post triduum vero veniens ad eos
beatus Julius, quasi in corpore, visitavit eos; quibus videntibus dixit: Sal
vate custodem carceris. Veniens autem quidam sacerdos Capitolicius
rogabat, ut baptizaretur. Tunc rogaverunt ad se sanctum Rufinum: qui ve
niens catechizavit eum, et benediens aquam deposuit eam in pelvim, et
baptizavit. Cui ita dicebat: Credis in Deum Patrem Domini nostri Jesu Christi
et in Christum, et in Spiritum sanctum? Cui respondit Lupulus: Credo Do
mine. Et dixit: Si credis, fiat tibi, quod desideras. Tunc voce clara ec
clamavit: Credo: illumina me, Domine Jesu Christe! Eodem vero clamante
cucurrit custos carceris, et vidit illuminatum Lupulum, qui fuerat ad
annis quatuor cæcus, et misit se ad pedes Sanctorum, ut baptizaretur.
Quem beatus Rufinus in ipsa hora baptizavit in nomine Simplicium:
Vitellius intimavit omnia gesta Imperatori Commodo, et quo modo loque
retur Eusebius sine lingua. Cui ita præcepit, dicens: Extingue eos. Vitelli
ergo dedit sententiam: Ante amphitheatrum plumbatis exhalent.
Qui ducti ad Petram scleratam, plumbatis sub voce præconia, ma
cati sunt. Corpora collegit beatus Rufinus, et sepelivit non longe ab urbe
Roma VIII Calendas Septembris.